



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. I. Statuitur regula & conclusio generalis, ex qua plures resolvuntur
difficultates,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

DISPVATATIO SEXTA.

A postfæs, non verò una hypostasis dici debent.
Sequitur secundò, quod subsistentia dicatur una, & concedantur plures: primum, quatenus subsistentia pro perfectate independentia accipitur: secundum verò, prout pro perfectate incomunicabilitatis usurpatur. Quia subsistentia primo modo accepta, convenit personis divinis ratione essentiæ; in secunda verò, acceptio illius competitratione relationum. Pater ex dictis disputatione præcedunt.

Sequitur tertio, quod una existentia concedatur in Deo, & nullatenus plures: quia ut supra ostendimus est, existentia absolute dicitur, & convenient peronis divinis ratione essentiæ, non verò ratione relationum.

Ex quo sequitur quartò, nec æternitatem, nec durationem, nec rationem increati pluraliter dici, in divinis: quia hæc omnia attributa, vel non distinguunt ab existentia divina, vel saltem sunt modi illius; unde illa immultiplicata, non posse plurificari.

Sequitur quintò, tres personas divinas non posse dici tres perfectos substantiæ, sed tantum adjectivæ: quia ut disp. 3. docimus, perfectio realiter non multiplicatur in personis divinis, cum non conveniat illis ratione relationum, sed tantum ratione essentiæ. Unde cum bonum sit idem quod perfectum (test. D. Thomæ supra quæst. 5. art. 1.) etiam bonitas non multiplicatur in personis divinis, nec illæ possunt, dictes boni substantiæ, sed tantum adjectivæ, ut expriſe docuit Augustinus in questione Trinitatis, in principio: ubi querens, *Cur tres personas, non trius Deos, nec tres omnipotentes, nec tres bonus, num magnos dicere, fas est?* Respondebat, *Quia Deus, omnipotens, & magnus, & bonus, substantia nostra sunt, & a se dicuntur.*

Sequitur sextò, non darin divinis plures infinitates, sed tantum unam: nam infinitas sequuntur non realitatem, sed perfectionem; est enim proprietatis quantitatis virtutis, que idem est quod perfectio: Ergo si perfectio solum ratione essentiæ convenit personis divinis, & cœd in illis non multiplicatur, idem de infinitate dicendum est.

Sequitur septimò, quod divina personæ dicuntur una res, & plures res; una res, qua est essentia; & plures res; qua sunt relationes: et quod realitas, qua in esse non consistit sed ratio consistit, & pro essentia accipiatur, & pro relationibus. Hoc docuit expreſe Augustinus lib. 1. de Doctrina Christiana cap. 8. his verbis: *Et quibus frumentum est, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus est.* Statim addidit: *Trinitas una quodam summa res.* Idem docuit etiam Anselmus libro de Incarnatione Verbi cap. 3. ubi ait: *Omnes Christiani sentire, quod persona divina secundum propriam sunt tres res; ita tamen ut secundum essentiam communem sint una & eadem persona, abque ratione vel divisione.* Docuit etiam idem D. Thomas infra quæst. 39. art. 3. ad 3. his verbis: *Discendum quod hoc nomen, Res, est de transendentibus; unde secundum quod pertinet ad relationes, pluraliter predicitur in Divinis; secundum verò quod pertinet ad substantiam, singulariter predicitur.* Quibus verbis corollarium possumus, & docuit, & probavit.

Nec in contrarium facit definitio Lateranensis II. quæ refertur in cap. *Lamamus de summa Trinitate, ubi decernitur: Patrem, Filium, & Spiritum.*

DISPVATATIO VI.

De pertinentibus ad unitatem vel pluralitatem in divinis.

Ad questionem 31. Divi Thomæ.

Postquam Divus Thomas egit de personis divinis in communione quæst. 29. & de illarum pluralitate quæst. 30. differit quæst. 31. de his quæ ad unitatem & pluralitatem pertinent in Divinis: circa quod aliqua occurruunt difficultates, articulis sequentibus discutiendæ.

ARTICVLVS I.

Statuitur regula & conclusio generalis, ex qua plures resolvuntur difficultates.

1. **V**T clare dignoscatur, quæ nomina singulariter vel pluraliter dicantur in Deo.
Dico breviter: Quæ conveniunt peronis ratione solius essentiæ, singulariter tantum dicuntur; Quæ solū eis conveniunt ratione proprietatum, dicuntur tantum pluraliter: Quæ autem eis competunt, ratione proprietatum, & ratione essentiæ, dicuntur pluraliter & singulariter.
2. Conclusionem itam Theologorum nullus quem viderim negat. Deducitur ex Concilio Tolentino secundo, in professione fidei, ubi de personis divinis loquens, sic ait: *Hoc solum numerum insinuat, quod ad invicem sunt, & in hoc numero carent, quod ad se sunt.* Eam etiam ferè expreſe tradit Augustus 5. de Trinit. cap. 8. in principio, his verbis: *Quapropter illud præcipue teneamus, quidquid ad se dicitur, praetantissima illa & divisa sublimitas substantialiter dici: quod autem ad aliquid, non substantialiter, sed relativè, & tanquam esse vim ex iusdem substantia in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, ut quidquid de singulis ad seipſos dicuntur, non pluraliter in summa, sed singulariter accipiatur.* Cum autem sit idem dici relativè, & ratione relationis competere; & absolute dici, idem ac ratione essentiæ convenire; manifestè ex Augustino habetur, ea pluraliter dici in Divinis, quæ ratione relationis convenient; & singulariter, quæ non ratione relationis, sed ratione essentiæ competunt personis divinis.
3. Id ipsum hac ratione suadetur. Relatio multiplicatur in divinis personis; essentia autem una manet in illis: Ergo quæ conveniunt illis ratione solius essentiæ, retinet unitatem; quæ ratione solius relationis, unitate non gaudent, sed pluraliter solū dicuntur; quæ vero conveniunt ratione utriusque, dicuntur singulariter, quatenus competunt ratione essentiæ; & pluraliter, quatenus ratione relationis convenient.

Ex hac regula generali sequitur primo, quod dicantur tres personæ in divinis, & nullatenus una persona: quia ratio persona non convenit ratione essentiæ, nec pro illa accipi potest, sed tantum pro relatione subsistente, de quo D. Thomas infra quæst. 39. art. 3. & 4. Unde cum modo, communis Ecclesia consenserit, persona & hypostasis pro eodem accipiuntur; sicut in divinis dicuntur tres personæ, & non una, ita & tres hy-

DE VNITATE ET PLVRALIT. IN DIVINIS.

223

ritum Sanctum, esse nam quandam summam rem, quae est essentia: nam per hoc non negatur esse tres res relativas.

Sequitur octavò, dari in Divinis tres unitates, & unam unitatem: primum ratione relationum, secundum ratione essentiae.

Probatur primò: In Divinis datur unitas essentiae, pluralitasque personarum: At pluralitas personarum sine distinctione unitatum salvari non potest: Ergo dantur plures unitates relativæ, & una unitas absoluta.

Probatur secundò: Unitas in realitate indivisa conflitit: At & realitas & individuus convenienter ex personis divinis, ne dum ratione essentiae, sed etiam ratione relationis: Ergo unitas ratione utriusque convenit.

Sequitur ultimò, tres personas divinas propriè logendo non posse dici tria individua. Nam D. Thomas quartus precedentis art. 4. in corp. hoc dictum constituit inter ly aliquis homo, & ly persona, quod primum significat de formalis natura, alterum vero de personalitate: Sed natura non multiplicatur in Divinis: Ergo nec individuum, & consequenter hæc propositio concedenda est: Tres persone divinae sunt tria individua.

Dices: Individuum est individuum in se, & divisa à quilibet alio, ut docet Philosophi in Metaphysica: sed tres persona divinae sunt tres res, quarum quilibet est individua in se, & divisa à quilibet alio: Ergo sunt tria individua.

Respondeo distinguendo Majorem: Individuum est individuum in se, & divisum à quilibet alio, divisione naturæ concedo Majorem: divisione solum personali, nego Majorem; & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequen-
tiam.

ARTICVLVS II.

In ens substantiæ acceptum, pluraliter dicatur in Divinis?

¶ Artrem affirmativam tenent Suarez, Vazquez, Molina, Ruiz, & alij, relati à Salmanticensibus q. 10. dub. 7. & ex nostris Gonzales & Joannes i. S. Thoma.

Fundamentum illorum est primum, quia ens transcendent, relationes & essentiam, non minùs quam res: Sed quia res essentiam & relationes transcendent in eum singulariter, sed etiam pluraliter dicitur in Divinis, ut ex D. Thoma iam vidi-
mus: Ergo & ens.

Secundo, Et si ens ab essentia fuerit ad significandum impositum, non tamen illam de formalis significat, sed entitatem: At esto admittatur una solum essentia in Divinis, dantur tamen plures unitates relativæ, sicut & plures realitates: Ergo etiam dantur plura entia substantiæ.

Partem negativam docent alii, quos referunt & sequuntur Salmantenses loco citato, ducti pri-
mo auctoritate D. Thome in r. dist. 25. quæst. 1.
art. 4. ubi sic ait: *Nomen entis sumitur ab esse rei,*
& idem cum enim & idem sit esse trium personarum
si in sumatur substantiæ, non potest pluraliter
predicari de tribus personis, quia forma à qua im-
putatur esse, non pluraliter significatur in eis: si autem
sumatur participialiter & adiectivè, sic pluraliter
predicari potest. Quod etiam repetit solutione
ad. & ad Annibaldum ibidem.

A Secundò hac ratione ejusdem Divi Thomæ: Nomen substantivum accipit numerum à forma significata: At forma significata per hoc nomen, *ens*, non multiplicatur in personis divinis: Ergo nomen *ens*, substantivè sumptum, non dicitur pluraliter de personis divinis. Major est certa, Minor probatur. Forma significata per hoc nomen, *ens*, est existentia: tum quia id docet D. Thomas loco citato; tum etiam, quia cum significato hujus nominis, *ens*, omnes illius passiones debent converti, & solum cum ente existente convertuntur: Sed existentia non multiplicatur in personis divinis, ut dilputatione precedenti fuisse ostendimus: Ergo forma significata per hoc nomen, *ens*, non multiplicatur in personis divinis.

B Tertiò eandem partem negativam sic probant: Esto admittatur *ens* non significare de formalis existentiam, tamen formale significatum illius non est entitas utcumque, sed prout est principium existendi: At entitas, prout sic, non pluralificatur in personis: Ergo nec formale significatum entis substantivæ accepti in illis multiplicatur.

C Pro hac lice componenda, diligenter observandum est, *ens* nominaliter tribus modis posse sumi. Primum sumitur ut est concretum existentia. Secundò, ut est concretum solum essentia, quatenus est principium existendi. Tertiò, ut est concretum entitatis, quatenus opponitur nihilo. De prima & secunda acceptione non potest esse dubium: utramque enim efficaciter probant argumenta secundæ sententia. Solum potest esse difficultas de tertia; unde illa probatur primò: Omni abstracto potest dari concretum: At entitas, ut nihilo opponitur, abstractum est, cui nullum aliud concretum assignabile est quam *ens*: Ergo *ens* potest accipi ut concretum entitatis opposita nihilo.

D Secundò probatur hæc tertia accep̄tio entis nominaliter: Mathematica, prout sub sunt abstractioni à materia sensibili & singulare, sunt verè entia; cùm pertinere ad prædicamentum quantitatis, quæ est solum ex inferioribus entis, & tamen prout sic, nec existunt, nec dicunt ordinem ad existentiam, ut docetur in Metaphysica: Ergo *ens* nominaliter non solum sumi potest ut est concretum existentia, vel essentia dicentis ordinem ad existentiam, sed etiam, ut est concretum entitatis, ut opponitur nihilo.

E Probatur tertio: Materia & forma sunt duo entia realiter partialiter distincta: At si *ens* solum posset accipi ut concretum existentia, vel solum essentia, ut est principium existendi, non posse dicitur entia partialia; cùm in vera Thomistaru[m] sententia, nec existentia partialibus gaudient, nec diversis essentiis, prout essentia est principium existendi: Ergo potest sumi ut concretum entitatis opposita nihilo. Hoc ita supposito, & probato, facilis erit resolutio difficultatis propositæ. Unde.

Dico primum: *Ens* quatenus concretum existentia, & essentia, prout est principium existendi non prædicatur pluraliter de divinis personis.

Hanc conclusionem probant fundamenta pro secunda sententia adducta. Non enim substantivum accipit numerum à forma significata: Sed forma significata hoc nomine, *ens*, prout est concretum existentia, vel essentia, quatenus est existendi principium, non multiplicatur in personis divinis; cùm in illis sit unica tantum existentia, &

16.

17.

18.

19.